Linea imperatoꝝ

Conradus tercius

Conradus eius nomīs tercius Heinrici quinti nepos genere Sueuus Lothario impatore rebus hūanis exempto apud cōfluentiā cōmuni principū voto ad gubernandū impiū aſſumit̄ pſente Theodorico portueſi epō aplice ſedis legato. a quo deinde aquiſgrani coronā regni accepit ⁊ imperauit annis. xv. reſiſtebāt tñ ſaxones ⁊ heinricus bauarie dux. heinric⁹ cognominat⁹ ſupbus. Cōuentio principū babenberge poſtmodū extitit. vbi cum vidua Lotharij ad pacem ⁊ gratiā regis ſunt recepti. Heinricus vero bauarie dux qui inſignia impialia ī caſtro Nurmberge occupabat cū ad regnū aſpirabat. coactus tandem crucē lanceā ⁊ alia reddidit. iudicio principū a rege pſcriptus quatuor comitatus militibus ſaxoniam petijt. vbi vitā finiuit. Conradus igit̄ qui in regnū romani nois ſucceſſerat. habita pace in germania in militiā nomē dedit. Fuit em̄ princeps inclitus ac clemens a diuo Bernhardo abbate plurimū dilect⁹. cuius hortatu in ſarracenos crucē vna cū ludouico frācoꝝ rege ac alphonſo hiſpanie. ⁊ heinrico anglie regibus alijſq; plurimis principibus ſumpſit. at conradus copijs nō ex Germania magis q̄ Gallijs fretus ingenti multitudine quam eterne vite ſpes accepto ſalutaris crucis ſigno traxit Conſtantinopolim eſt delatus. hemanuelq; ſecundus grecoꝝ impator vir celeſtiſſimus chriſtiano nomī cōtra ac ſimulabat hoſtis aduenam ducē blande exceptū q̄tū potuit doloſis artibus in ſuā pollicere amiciciam eſt adnixus. pcibuſq; cōpellitur nullo cōpato cōmeatu iconiū ſtatim ducere. ſe em̄ pſtaturū oia que exercitui neceſſaria erant Hemanuel pollicebat̄. Obſeſſa ē vrbs natura ⁊ artificio munita aliq̄diu ⁊ acriter. ⁊ dum tātus deſidet magis q̄ oppugnat exercitus valitudo ⁊ nō magis corpoꝝ q̄ animoꝝ egritudo quoſq; valētes deq; ac inualidos debileſq; conſternat. Nec ſatis intellectu eſt tūc qd ab ipis poſtea reſcitū grecis morboꝝ q̄litas effectuſq; edocuit gipſum farine ac pani quē greci importarē fuiſſe cōmixtum. q̄obrez Conradus re infecta in Thraciā retro ceſſit. Poſtea cōradus lodouicuſq; reges greci impatoris dolos malis ſuis edocti iuuenū conuenientes exercitum Balduino regi hieroſolimitano ſuā operam ſunt polliciti. viſumq; eſt nihil magis conducere q̄ damaſcum copias ducere. tādem iheruſalem pueniēs ſecutus fuerat lodouicū regē diuerſo itin ere portuenſis quidē epūs cardinalis quē Eugeni⁹ papa ſedis aplice legatū miſerat iheroſolimā. itaq; ducturi in Damaſcum tres xpiani reges. cardinalem q; legatū ⁊ ſimul patriarchā iheroſolimitanum. multos quoq; epōs expeditiōi intereſſe curauerāt. iunctis copijs animiſq; magnis conatib⁹ obſident. quā vrbē ſeruos abrahe fundaſſe cōſtat loco cāpeſtri naturaq; arido ſed artificio vbere atq; fecundo. ager em̄ effoſſis cuniculis ductiſq; fiſtulis vnde irrigari poteſt mirā vbertatē p ſe fert. Paruus amnis in regione vnicus pterlabēs lingulā quandā facit in qua caſtra poſuerant vñ facile cohibere ab aquatiōe oppidani poterant. verū aſſirio quodā pſuadente cui maxime balduinus in reb⁹ arduis credebat. caſtra ad alterā vrbis partem transferunt̄. Damaſceni inde ab aquatione eos phibēt. quare cū ſiti fameq; laboraret̄ ſoluta oſidione cū tantus exercitus re infecta ad iopē rediſſet. cōradus lodouicuſq; cōmunitos male habitos q; exercitus ſuos in europā reducētes ad pria ſunt reuerſi. Rogerius q; a pōtifice in regem ſublimatus Guelfonē pdicti heinrici fratrem in germania pecunijs inductū cōtra cōradū ad bella mouit. qui apō caſtrum winſberg victus. Eūdem poſtea heinric⁹ filius cōradi qui poſt eū regnaturus erat ſi ſupuixiſſet bello deuicit. Tandem rex cōradus anteq̄ bñdictionem impialem percipere potuiſſet anno dñi M.c.liij apud Babenbergam vita exceſſit.

Multi extimāt ab iſto Guelffone duce baioarie Guelffos appellatos. cuius peſtiferū nomē maxīe in Italia inualuit. cū auferat vnitatē ⁊ pacē vt nūq; inde poterat extirpari. nā hic Guelfo viuente cōrado ſe impatori impoſuit. hi populi italicoꝝ qui impiale dominiū in ytalia detractāt vſq; in diem hodiernum guelfi nūcupant̄. ſed qui in italia aliā partem fouent gebellini. Ceteri aliam cauſam aſſignant vnde dicātur fautores eccleſie guelffi ⁊ fautores imperij gebellini. de quo latius infra fiet mentio.

Lodouicus rex francoꝝ



Ludouicus rex francie lodouici filius patri in francoꝝ regno ſuccedens regnauit annis. xlviij. vir ingētis animi ⁊ virtutis. qui diligēs ea q̄ dei ſunt decimoquarto regni ſui anno vna cum cōrado ceſare cum ingēti multitudie xpianorum ad expugnationem terre ſancte in ſubſidiū xpianoꝝ (qui ibi indies ferebant̄ deficere) animoſiſſime tranſijt. veniēs Cōſtātinopolim inde trāſiēs per helleſpontum in bithiniam deſcēdit interea p aliquot dies epheſū cōmorat⁹. Tādem appropinquās ad iheroſolimam rex romanorum conrad⁹ patriarchā obuiam miſit in vrbem ⁊ ad venerabilia loca ductus. poſt cladem ac fallaciā pactam apud damaſcum ferme p annum in iheroſolimitano regno pmāſit cum vxore ſua. demum cum principibus in priū regnum redijt.

Ab eo tempore latinoꝝ cōditio apud oriētales regiones indies in peius vergere cepit. cum prius ſola eoꝝ nomia hoſtibus formidini erant. Tādem hoꝝ principum pſentiam ſine damno deſperaerant. Inde nec vires xpianorum ſuſpectas habuerūt. ideo norodoin⁹ antiochenā puinciam moleſtare cepit.